

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 3. Ex Aristidæ aliorumq[ue] sententia paupertatem diuitijs antistare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

54      *Cap. III. Ethnici paupertatem*

ipſi egenos vltro adirent, ad cœnam rogarent, nimirum vt illis ostendere possent lec̄tos, mensas, ac pocula. Quarum rerum nulla sit vtilitas, si sine teste possideantur. Certè hæc talia pleraque à diuitibus pauperum cauſſa parari, non vt vtantur ipſi, sed vt ea pauperes admirentur. Hucusque Saturnus apud Lucianum ad pauperes, qui hanc addit denique coronidem: *Hac ad consolandos vos scribo utramque vitam cognitam habens. Conuenitq; ita festum agere, ut cogitatis, omnibus breui deceđendum ē vita, & illis, depositis opibus, & vobis relicta paupertate.*

## §. III.

*Ex Aristida aliorumq; sententia paupertatem dinitijs antistare.*

His talibus argumentis solabantur pauperes philosophi fabulantes, eademque erat ratio, vt opinor, Aristidæ, qui multò iustius se paupertate gloriari posse credidit, quam Calliam Atheniensium ducem opum amplitudine & copia: nemini eam rem indecoram esse dictitans, nisi qui paupertatem invitus ferret. Nemo profectò sapiens vel alij suaderet, vel ipse diuitias abijceret, nisi manifestò videret, pauperibus melius esse, quam Midis illis, quibus dum omnia in au-

rum

rum vertuntur, esuriunt & siti patiuntur.  
Neque enim aut pro vino, aut pro culina  
audent nummos expendere. Itaque & alij  
sapientes, vt diuitijs demerent supercilium,  
paupertatem permulcere maluerunt. *Pute-*  
*mus nos ad concionem vocatos, ait Seneca.*

*Lex de abolendis diuitijs fertur, his interroga-* Senec.epl  
*tionibus suasuri, aut dissuasuri sumus? his effe-* 87.

*Eturi, ut populus Romanus paupertatem, fun-*  
*damentum, & caussam imperij sui requirat ac*  
*laudet? diuitias autem suas timeat? ut cogites*  
*hasse apud victos reperisse? Hinc ambitum, &*  
*largitiones, & tumultus in urbem sanctissimam*  
*temperantissimamq; irrupisse? nimis luxuriosè*  
*ostentari gentium spolia? quod unus populus eri-*  
*puerit omnibus, facilius uni ab omnibus eripi*  
*posse? Hac satius est suadere, & expugnare affe-*  
*citus, non circumscribere.*

#### §. IV.

##### *Paupertas libertatis socia.*

Eadem viâ homines duxit idem philoso-  
phus ad veram libertatem, cùm scriberet:  
*Quidquid facere te potest bonum, tecum est. Idem ep:*  
*Quid tibi opus est, vt sis bonus? velle. Quid au-* 80.  
*tem melius potes velle, quam eripere te huic ser-*  
*vituti, quæ omnes premit, quam mancipia quoq;*  
*conditionis extrema, & in his sordibus nata,*